MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (TEIL II)

Zwettl, 1. Viertel 13. Jh.



Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31635
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

faciebat. Siquidem et cecis lucem infundebat.
optatam et paraliticorum solutos artus in pristi
num reformabat vigorem et eos quos demonum
persuasione humanam mentem exuerant fedo
profusus domino libabat. Quod sicut incredibile
videatur ex his que multa ad eius memoriam ac
tenus fiunt: poterit confirmari. Erat enim sol
lempnis consuetudo sanctorum lustrare memorias
eorumque opem summissis precibus flagitare. Cuius rei
gratia cum romam tenderet opinatissimum confessorem
martinum convenit. Iunctique summi pontifices.
divinis rebus intenti laborem itineris non ut alii
sentiebant. Illis itaque ulteriora pergredientibus
forte asellum qui sarcinas beatorum ferebat ursus
offendit eumque protinus devoravit.

Hic maximinus in nomine domini fere dicitur im
perasse ut quia iumentum non abierat sed consup
serat ipsa iumenti onus assumeret e vestigio.
successisse oneri et quo adrensi ad locum qui
ursarum. Ob nulla dicitur devenirent subvectioni
mansuetissime famulatam. Ibi denique a sancto vi
ro pristinam vagandi potestatem recepisse prius
tam licencia quam qua ledendi erepta. Verum quia
ut pravi sibimet sunt graves ita boni suo semper
delectantur consortio. Sanctus maximinus beatum
martinum treverorum urbem secum coegit invise
re suoque populo duplicata benedictionis revexit
commercia. Ibi martinus spiritualem sibi filium lubenti
um maximino erudiendum commisit. Cuius ille
parens voluntati et eum satis instruxit litte
ris et imposito gradu presbiteri in vico cui cubru
no vocabulum est perfecit. Ipse autem pie memorie pro
pinquorum patriam repetivit suorumque visus contu
bernio non multo post ibi vitam excessit. Sanctorumque laborum
fructum cumulata mercede a domino est consecutus.
Succedens in episcopatum paulinus qui fidei sue ve
ritatem exilii perpessione firmavit. communicato
cum clero et populo treverorum consilio sanctum maxi
minum ab aquitania ubi situs fuerat revehen
dum constituit. Itaque facto agmine: clerus populusque
aquitaniam versus tendentes emensis pluris
viarum spaciis tandem haut longe a loco in quo il
le claudebatur thesaurus admodum fatiga
ti substiterunt. Ibi ceteris corpora curantibus
quidam seniorum prostratus domino supplicabat. ut

illius exoptabilis loci quem ipse cum sociis penitus ig
noraret. aliquod mererentur indicium. Vix orationis
verba finierat cum puer gregem ovium sequens
nomine beati maximini nuratiue assumpto ove
si quo ipse vellet accederet ictu repellendam mira
tus est. Hic senior stupefactus ubi iam quem nomi
nasset maximinus requiesceret percontatur: Atque
puer vicissim quisnam esset qui tam clari viri me
moriam nesciret admirando perquirens pro qua
rescit aliunde advenientes eos ad locum desi
deratum usque duxit. Ita illi laudantes dominum bea
tumque maximinum etiam angelica revelatione
certiores effecti sunt. illic ubi monstratum fuerat inve
niendum quod quererent. Verum custos ecclesie suspica
tus id quod evenit ut eadem excederet qui advene
rant impauit. Mox celerrima fama rem dissi
pante in manus exercita manus aquitanorum trevi
ros molliebatur loco arcere: Potuissetque commit
ti facinus pessimum in treveri xantatis fratrum
tatem opponentes orandi tantum studiose conve
nisse firmassent. Aquitani treviros sui timore
perculsos arbitrantes hincque remissi leticia vino
indulgent et quod erat consequens sono graviori
solvuntur. Inita a beato viro lubentio cuius men
tione supra facta imperat angelus clavem ec
clesie ad caput custodis capiat et absque strepitu
ecclesiam ingressus exoptatum thesaurum asportet.
Ille cetu aliorum presbiterorum adiuncto summa cum properan
tia archiepiscopo comitante successu clavis vim supra
fuerat cito refertur et cautius expectantibus quod
tantopere cupiebant infertur: Treveris habitum
maturantibus; aquitani primo eos metu discessisse
se dictitant. At ubi veritatem comperiunt. magno co
acto exercitu recedentes e vestigio insecuntur. Cumque in
tra mutuum conspectum utrique populus constitissent; aquitani
crebris coruscationibus tonitruoque atque freque
nti emissione fulminum quorum nichil treviros conti
gebant repulsi non sine rubore ad propria redire:
Treveris ceptum iter carpentibus; cecus quidam spe
recuperandi visus deduci se flagitabat ad fere
trum. Cuius ut eum umbra tetigit mox caligo ino
lite cecitatis abscessit. Ita unius incolomitate
gaudium multi ceperunt. Cumque in sogramma cas
tellum pervenissent. paraliticus quidam beato max
imino sanandus offertur: Nec irrita vota fue